+QK281
.R4
v.3


THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN
PRO SCIENTIA ATQUE SALUTE POPULIQUE
1891
LIBRARY

Given by Hon. Addison Brown
1913
September 1899
R. W. Gibson, Invt.

ICONES
FLORAE GERMANICAE ET HELVETICAE

SIMUL

PEDEMONTANAE, TYROLENSIS, ISTRIACAE, DALMATICAE,
AUSTRIACAE, HUNGARICAE, TRANSYLVANICAE, MORAVICAE,
BORUSSICAE, HOLSATICAE, BELGICAE, HOLLANDICAE,

ERGO,

MEDIAE EUROPAE.

ICONOGRAPHIA ET SUPPLEMENTUM AD OPERA WILLDENOWII, SCHKUHRII,
PERSOONII, DECANDOLLEI, GAUDINI, KOCHII, ALIORUMQUE.

EXHIBENS

NUPERRIME DETECTIS NOVITIIS ADDITIS

COLLECTIONEM COMPENDIOSAM IMAGINUM CHARACTERISTICARUM OMNIUM GENERUM
ATQUE SPECIERUM

QUAS IN SUA

FLORA GERMANICA EXCURSORIA

RECENSUIT

AUCTOR

LUDOVICUS REICHENBACH.

VOLUMEN III.

PAPAVERACEAE, CAPPARIDEAE, VIOLACEAE, CISTINEAE ET RANUNCULACEAE PRO PARTE.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS AMBROSII ABEL.

(1838 — 1839.)

PAPAVERACEAE CUM FUMARIEIS ET BERBERIDEIS

CAPPARIDEAE, VIOLACEAE, CISTINEAE, RANUNCULACEARUM:

MYOSURUS, CERATOCEPHALUS, FICARIA, RANUNCULUS, CALLIANTHEMUM, ADONIS, THALICTRUM,

IN

FLORA GERMANICA EXCURSORIA

RECENSITAE

ERGO

IN GERMANIA, HELVETIA, PEDEMONTIO, TYROLI, ISTRIA, DALMATIA, AUSTRIA, HUNGARIA, TRANSYLVANIA, MORAVIA, BORUSSIA, HOLSATIA, BELGIA, HOLLANDIA

PROVENIENTES

NUPERRIME DETECTIS NOVITIIS ADDITIS

ICONIBUS CHARACTERISTICIS ILLUSTRATAE

AUCTORE

LUDOVICO REICHENBACH,

EQUIT. ORD. SAXON. MERIT. CIVIL. PHIL. MED. ET CHIRURG. DOCT.
REG. SAX. CONSIL. AUL. HIST. NAT. PROF. MUSEI ZOOLOG. ET MINERALOG. ET HORTI BOT. PRAEFECTO.
ACAD. ET SOCIET. COMPLUR. SOCIO.

TABULAE AENEAE CVI. ICONES CCXCIII.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

LIPSIAE,

SUMPTIBUS AMBROSII ABEL.

(1838 — 1839.)

Familia CVI.

Papaveraceae. *Mohngewächse.*

Rchb. Consp. p. 186. — Fl. germ. p. 696. — *Pflanzenreich* S. 50. — Fam. 116. *Handbuch des natürl. Pflanzensystems* S. 262.

4450. **Fumaria spicata. L.** — Fl. germ. p. 697.
Additus flos, genitalia et fructus.

4451. **Fumaria parviflora Lam.** — Fl. germ. p. 697.
Flos, fructus junior cum bractea, fructus adultus.

4452. **Fumaria Vaillantii Lois.** — Fl. germ. p. 697.
Flos, fructus junior cum bractea, fructus adultus, semen.

4453. **Fumaria media Lois.** petiolis subcirrosis, foliis glaucis, supradecompositis, laciniis anguste lanceolatis, racemis elongatis, nuculis retusis. — Species constantissima.
Flos cum sepalo aucto, fructus, idem transsectus, pars inferior et pars superior cum foveolis, semen.

4453. b. **Fumaria Petteri Rchb.** — petiolis subcirrosis, foliis viridibus supradecompositis, laciniis lanceolatis flabellatis, racemis laxis, sepalis rhombeis medio utrinque subunidentatis, nuculis globoso-compressis apiculatis. — Habitat in Dalmatia: Petter.
Flos, sepalum, fructus cum bractea, idem transsectus.

4454. **Fumaria officinalis L.** — Fl. germ. p. 697.
Additus flos dissectus, sepalum, genitalia, stigma, fructus et idem dissectus.

4455. **Fumaria maior Badarro.** — Fl. germ. p. 697. Iconogr. pl. crit. X. ic. 1222.
Flos, sepalum et fructus.

4456. **Fumaria capreolata L.** — Fl. germ. p. 697.
Racemus fructifer, flos, petala, pistillum, fructus.

4457. **Corydalis claviculata Pers.** — Fl. germ. p. 698.
Flos, fructus, semen.

4458. **Corydalis acaulis Wulf. (non C. capnoides).** — Fl. germ. p. 698.
Forma vernalis, acaulis et caulescens.
Floris calcar, sepalum, racemus fructifer, semen cum strophiolo bipartito.

4458. β. **ochroleuca Koch.** — Forma elatior caule ramoso. Additae sunt partes eaedem.

4459. **Corydalis lutea Pers.** — Fl. germ. p. 698.
Flos, sepala, petala et genitalia discreta, pedunculus cum bractea, fructus, semina et semen auctum ut strophiola dentata in conspectum veniat.

4460. **Corydalis fabacea Pers.** — Fl. germ. p. 698.
Pistillum dissectum, semen, idem transsectum, fructus.

4461. **Corydalis pumila Host.** — Fl. germ. p. 698.
Flos auctus cum bracteis

4462. **Corydalis digitata** Pers. — Fl. germ. p. 699.

Flos dissectus, pistillum dissectum, fasciculus staminum, fructus dehiscens, semen et idem transsectum.

4463. **Corydalis bulbosa** Pers.

Flos dissectus, pistillum dissectum, fasciculus staminum; fructus dehiscens, racemus fructifer, semen et idem transsectum.

4463. *β.* **albiflora** Kit.

4464. **Hypecoum procumbens L.** — Fl. germ. p. 699.

Planta florens, ramus fructifer decumbens, flos auctus, sepalum, anthera, pars fructus dissecta et articulus secessus, semen et idem dissectum.

4465. **Hypecoum littorale L.** — Fl. germ. p. 699.

Pars fructus, semen.

4466. **Chelidonium maius L.** — Fl. germ. p. 699.

Umbella fructifera, fructus transsectus, alius longitudinaliter dehiscens cum valvula et alterius parte, pistillum, stamen, semen cum strophiola, idem dissectum.

4467. **Chelidonium laciniatum** Mill. — Fl. germ. p. 699.

4468. **Glaucium luteum** Scop. — Fl. germ. p. 699.

Fructus scabratus, idem transsectus, semen.

4469. **Glaucium fulvum** Sm. — Fl. germ. p. 709.

Cum fructu et semine.

4470. **Glaucium rubrum** Sibth. Sm. — Fl. germ. p. 700.

Fructus molle pilosus, flores brevius pedunculati, et

Glaucium rubrum tricolor G. tricolor Brnh. vicinis intermedium.

4471. **Glaucium corniculatum** Pers. — Fl. germ. p. 700.

Siliqua setoso aspera, pedunculi longiores. Planta nostra exacte illa Clusii: Pap. cornutum phoeniceo flore p. XCI. —

4472. **Papaver pyrenaicum W.** — Fl. germ. p. 700.

Planta florens, fructifera et fructus.

4473. **Papaver alpinum L.** — Fl. germ. p. 700.

Pistilli superior pars, capsula, semen. — Stigmata 4—5. Cor. flavescens. Capsula hirsutie aequaliter sparsa.
Var. bicolor, petala alba basi macula flava.
Var. subminiata, petala dilute aurantia

4474. **Papaver Burseri** Crtz. — Fl. germ. p. 700.

Capsula turbinato-subglobosa, stigmata 6—9. Hirsuties ad costas interrupta.

4475. **Papaver Argemone L.** — Fl. germ. p. 701.

Capsulae hirsutie variantes, alia transsecta, stigmata supra visa, stamen, semen et idem dissectum.

4476. **Papaver hybridum L.** — Fl. germ. p. 701.

Capsula ead. transsecta, stigmata superne visa, stamen, semen et id. dissectum.

4477. **Papaver dubium L.** — Fl. germ. p. 701.

Capsula, ead. transsecta, pedunculi pars aucta, stamen, semen, id. dissectum.

4478. Papaver intermedium Bekk. — Fl. germ. p. 701.
Ad latus alabastrum, stamen, dentes e folio aucti cum callo et seta.

4478. b. Papaver laevigatum M. B. capsulis obovato-oblongatis sepalis foliisque glabris, caule paucifloro superne glabro foliis profunde pinnatifidis, laciniis subintegris. — Fl. spadana: Dr. Lejeune. Capsula, stigmata superne, stamen, semen.

4479. Papaver Rhoeas L. — Fl. germ. p. 701.
Capsula, ead. transsecta, stamen, semen et idem dissectum.

4480. Papaver trilobum Wallr. — Fl. germ. p. 701.
Plantae porro vix existentis, icon auctoris.

4481. Papaver somniferum L. — Fl. germ. p. 701.
Capsula, ead. transsecta et semen. Capsulae stigmata horizontalia, foramina aperta, septa centro approximata, semina caesia.

4481. β. var. laciniata. Utraque occurrit setigera: P. setigerum Dec.

4482. Papaver officinale Gm. — Fl. germ. p. 701.
Flos, capsula, ead. transsecta, semen. Capsulae stigmata adscendentia, foramina clausa, septa a centro remota. Utriusque speciei hybrida specimina occurrunt, sed species omnino distinctae sunt.

4483. et 4484. serius sequentur in familia Geraniacearum.

4485. Epimedium alpinum L. — Fl. germ. p. 702.
Flos, genitalia, petalum, anthera maxime aucta, fructus dissectus.

4486. Berberis vulgaris L. — Fl. germ. p. 702.
Flos calyx cum pistillo, stamina, racemus fructifer, bacca dissecta, semen, idem dissectum, embryo.

4486. β. heterophylla Wierzbicki: foliis ramulorum integerrimis. E Bannatu: Dr. Wierzbicki.

Familia CVII.

Capparideae. *Kapperngewächse.*

Conspect. p. 187. — Fl. germ. p. 703. — *Pflanzenreich* S. 51. — Fam. 117. *Handbuch d. natürl. Pflanzensystems* S. 226.

4487. Capparis spinosa L. — Fl. germ. p. 703.
Cum fructu.

4488. Capparis rupestris Sibth. Sm. — Fl. germ. p. 703.
Cum fructu, semine aucto et eodem dissecto.

Familia CVIII.

Violaceae. *Veilchengewächse.*

Conspect. p. 188 — Fl. germ. p. 704. — *Pflanzenreich* S. 51. — Fam. 118. *Handbuch d. natürl. Pflanzensystems.* S. 268.

4489. Viola biflora L. — Fl. germ. p. 704.
A. Calyx cum pistillo. B. Stigma a tergo. C. id. antice visum. D. germen transsectum. E F Stamina.

4490. Viola pinnata. L. — Fl. germ. p. 704.

4491. **Viola palustris L.** — Fl. germ. p. 704.

4492. **Viola uliginosa Schrad.** — Fl. germ. p. 705.
Cl. Bertolone suis citatis in Flora italica testatur, hanc sibi non bene cognitam esse.

4492. b. **Viola pyrenaica Ramond:** stigmate uncinato nudo, foliis late subcordatis, petiolis apice dilatatis, sepalis ovatis obtusis. — Habitat etiam in Flora pedemontana.

4492. c. **Viola umbrosa Hartm. et Fries.** acaulis, pedunculis foliisque profunde sinuato-cordatis acuminatis tenuibus glabrinsculis, calcare calycem longo inflato, petalis rotundatis, infimo subemarginato. — Intra fines indaganda! Specimen originale prope Christianiam lectum obtuli comparandum.

4493. **Viola hirta L.** — Fl. germ. p. 705.
Var. *umbricola:* foliis profunde cordatis subacuminatis, hirtis, petalis superioribus subrotundatis. In Salisburgo lecta, specimen fructiferum a cl. *Hoppe*, florigernm a cl. *Hinterhuber*. Non est *V. collina* quam confer. no. 4497.
Var. *parvula* (fraterna) praecedenti similis, flores maiores, petala omnia retusa. Color dilute violascens, vel roseus. Analysis offert; genitalia, calycem, pistillum, stamen supra calcar, aliud intus visum et loculum antherae,
Var. *lactiflora:* corolla lactea.
Var. *revoluta* Heuff. Foliis cordato-oblongis, calcare subuncinato.
Var. *grandifolia:* Foliis cordato-oblongis, calcare recto.
Var. *hirsuta* Schult. Grandiflora petiolis pedunculisque elongatis.

4494. **Viola ambigua W. K.** — Fl. germ. p. 705.
Differt a. *V. hirta* glabritie, foliis basi subtruncatis, petalis omnibus rotundatis.

4495. **Viola suavis M. B.** — Fl. germ. p. 705.
Flos solutus, petala sejuncta, particula petali intermedii cum barba, bracteola et stipula.

4496. **Viola campestris M. B.** iconogr. pl. crit. ic. 89—91. conf. in Fl. germ. p. 705. A *V. ambigua* vix satis distincta.

4497. **Viola collina Bess.** — Fl. germ. p. 705.
Planta „in collibus Cremeneci“ detecta (cf. Bess. Enum. p. 10.) omnino differt ab alpina *V. umbrosa* Hoppe, quacum confunditur. Hanc cf. supra sub *V. hirta umbricola.*

4497. b. **Viola odorato-hirta Rchb.** — Proxima *V. collinae*, sed stolonifera. Flos pallide lilacinus subodorus. Intermedia est et forte hybrida videtur ex *odorata* et *hirta* inter quas occurrit apud nos et in Helvetia videtur *V. purpurascens* Schmidt.

4498. **Viola odorata L.** — Fl. germ. p. 705.
Genitalia, stamen posticum cum calcare interno, pistillum magis auctum; flores corolla hebetata fructigeri, stirps fructigera, semen cum strophiolo, aliud dissectum.

4499. **Viola rupestris Schm.** — Fl. germ. p. 705.
Flos lacteus maior ac sequentium, petalum inferius subapiculatum. Praeter indicatos locos etiam in subalpinis Salisburgi occurrit in agris rupestribus pr. Lofer: v. Spitzel, et in silvis acerosis pr. Heiligenblut: V. albiflora Hoppe.

4500. **Viola Allionii Pio.** — Fl. germ. p. 706.
β. Viola livida Kit. — ib.
A *V. canina* distinguitur forma utraque inprimis capsulâ — dum clausa est — acutâ.

4501. **Viola canina L.** — Fl. germ. p. 706.
α. sabulosa: V. flavicornis Sm. *β.* ericetorum. *δ.* lucorum.
A reliquis distinguitur inprimis capsulâ — dum clausa est — truncatâ.
ε. montana. *V. montana* L. Teste Fries. Forma in montanis locis pinguibus et uliginosis occurrens, magis ex omni parte extensa, cuius folia cordato-oblonga, caules magis elongati, tandem erecti, flores magni, ut in singulis ex affinitate caninarum, canlini supremi apetali.

4502. **Viola Riviniana Rchb.** — Fl. germ. p. 706.
A *V. caninae* singulis formis distinguitur capsulâ — dum clausa est — acuminatâ, calcar caninarum refert emarginatum.
Additur analysis corollae et capsnla.

4503. **Viola silvestris (Dodon.) Lam.** — Fl. germ. p. 707.
A *V. caninae* singulis formis eiusque affinibus distinguitur calcare *compresso, colorato!* Species constantissima, a singulis qui eam veram habuerunt et rite observarunt recognita, cum *V. Riviniana* hic ibi in consortio crescens, sed rarissime hybridas formas *sic dictos transitus* procreans. Foliat enuia. Analysis corollae, capsula.

4504. **Viola mirabilis L.** — Fl. germ. p. 707.

4505. **Viola Ruppii All.** — Fl. germ. p. 707.
Specimen elatius e manu cl. Kützing, eius *V. nemorosa* est. Videretur omnis *V. Ruppii* quasi forma grandistipulata *V. caninae*, nisi capsulam habeat subturbinatam acutam.

4506. **Viola lancifolia Thore.** — Fl. germ. p. 707.
b. lacteo-silvestris. c. canino-silvestris.
Planta singularis, cum *V. lactea* non confundenda, in siccis crescens, tenuitate petiolorum pedunculorumque insignis, petala magis oblonga. Plantae hybridae videntur illae infra propositae, Lipsiae lectae in affinium consortio, a. cl. Rossmaessler.

4507. **Viola lactea Smith.** — Fl. germ. p. 707.
Specimina macriora et stipulis exiguis praeditae adscendunt, pinguiora erecta, grandistipulata. Fructifera singularem habitum offerunt, ramosiora sunt atque tenuia, folia superiora breve petiolata, angusta, pedunculi florum apetalorum tenuissimi, fere capillares. *Talem plantam* appellavit *V. stagninam* cl. Kitaibel, eiusque a se lectae plantae ramum exhibet nostra figura. Descriptionem eius conf. in Schultes Oest. Flora l. c.

4507. b. **Viola pratensis M. K.**
Haec *Violae Ruppii* omnino propinqua, magis accedit ad *V. persicifolium* notissimam Schkuhrii, pro cuius forma vernali vel potius humili, habet omni iure cl. W. Meyer, cf. Chloris Hanoverana. Locis macrioribus lutosis haec oritur, in pinguioribus uliginosis autem sequens elatior atque robustior.

4508. **Viola persicifolia Schk.** — Fl. germ. p. 708.
Etiam haec in statu fructifero habitum strictum non conservat sed ramosissima et saepe procumbens evadit.

4509. **Viola alpina Jacq.** — Fl. germ. p. 708.

4510. **Viola calcarata L.** — Fl. germ. p. 708.
β. *V. Zoysii* Wulf.

4511. **Viola nummulariaefolia All.** — Fl. germ. p. 709.
Distinguitur a nostra: *V. Comollia* Bertol. dimensione omnium partium maiore, foliis subcordatis, saepe ellipticis subrepandis crassiusculis. Media dicitur inter *V. nummularifoliam* atque *cenisiam*.

4512. **Viola cenisia All.** — Fl. germ. p. 709.
Ad latus datur specimen pubescens: *V. Valderia* DeC. non All.

4513. **Viola Valderia All.** — Fl. germ. p. 709.
Haec est planta Allionii tab. XXIV. f. 3. eique convenit diagnosis *V. heterophyllae* Bertol. sed huic a se dictae speciei auctor allegat *V. declinatam* W. Kit. et *V. gracilem* Sm. de quibus vix tamen recte diceretur: „nectario subulato petalis sublongiore," quum apud earum auctores legeretur: „calcare petala dimidia aequante" aut „calcare corolla dimidia breviore."
Var. *brevicalcarata*, incremento hebetata forma e monte Cenisio, a cl. Bonjean collecta.

4514. **Viola cornuta L.** — Fl. germ. p. 709.

4515. **Viola declinata W. K.** — Fl. germ. p. 709. sub *V. gracili* Sm. quam ex icone Fl. graecae differre puto, haec magis cum *V. heterophylla Bertol.* convenit quam *V. declinata*, quae *V. tricolori* omnino appropinquatur. — Alterius speciminis folia breviora, minus acuta.

4516. **Viola chrysantha Schrad.** — Fl. germ. p. 709.
Eadem est *V. hybrida* Lej. comp. Fl. Belg. quam ortam commemorat e *V. lutea* et *tricolore*.

4517. **Viola tricolor L.** — Fl. germ. p. 709.
Varietates humillimae, floribus minimis unicoloribus et proceriores corolla bi- et tricolore.
A. genitalia. B. stamen. C. stylus cum stigmate. D. semen et idem dissectum, singulae figurae e varietate parviflora. E. genitalia F. stamen. G. pistillum e forma grandiflora.

4517. var. **V. hannatica** Kit. — cf. ibid. var. γ. — Forma *V. tricoloris* procerior, grandifolia

4518. **Viola rothomagensis** Thuill. — Fl. germ. p. 710.
Servat in horto habitum suum gracilem, pubescentem, procumbentem exacte, flores maiusculi dilute lilacini, petalum infimum apice productum.

4519. **Viola lutea** Huds. — Fl. germ. p. 710.
α. *V. saxatilis* Schm. Huius corolla minor, unicolor.
β *V. lutea* Sm. Corolla mediocris lutea.
et *V. sudetica* W eadem cuius corolla bicolor.
γ. *V. grandiflora* Vill. non L. corolla lutea maxima.
Expositionem huius speciei iam in Iconographia plant. crit. II. p. 64—67. dederam.

Familia CIX.

Cistineae. *Cistusgewächse.*

Conspectus p. 189. — Fl. germ. p. 710. — *Pflanzenreich nebst Wandtafel* S. 52.
Handb. d. natürl. Pflanzensystems Fam. 119, S. 270.
— Ibi conferatur evolutio familiae characteristica. —

4520. **Parnassia** ex affinitate vera **Swertiae**, ad **Gentianeas** maiori jure relata legitur in: *Handbuch des natürl. Pflanzensystems* p. 210—211.

4521. **Aldrovanda vesiculosa** L. — Fl. germ. p. 711.

4522. **Drosera rotundifolia** L. — Fl. germ. p. 711. exsicc. no. 364.

4523. **Drosera intermedia** Drev. et Hayne. — Fl. germ. p. 711. exsicc. no. 365.
Seminibus granulato-muricatis exarillatis insignis. Arillus tamen caducus videtur vel deliquescens, nam eum omnino deesse in specie arillatis proxima, vix probabile est.

4524. **Drosera longifolia** L. — Fl. germ. p. 711. exsicc. no. 366.
Formam proceram, *D. elatiorem* dictam, in Carinthiae turfosis prope Keslin legit et inde misit cl. Welwitsch, qui eam spectabilem plantam et ibi frequentissimam esse confirmat.

4525. **Drosera obovata** Mert. et K. — Fl. germ. p. 711. exsicc. no. 1078.
Sed notandum est in speciminibus e loco *„am Schwarzsee bei Kitzbühel“* (etiam in K. Synopsi citato) stigmato non emarginata videri, sed clavata, ut in sinistra figura adduntur.

4526. **Helianthemum guttatum** — Fl. germ. p. 711.
Stigma sessile sectionis generis primae omnino characteristicum, sed antherarum character, quae post pollinis emissionem acutae dicuntur, arbitrarius est et si plures comparare species placebit, infinitum videbis transire. Additur calyx cum pistillo, pistillum calyce demto, capsulae valvula, semen, petalum.

4527. **Helianthemum Vivianii** Pollin. — Fl. germ. p. 712.

4528. **Helianthemum Tuberaria** Mill. — Fl. germ. p. 712.

4529. **Helianthemum lunulatum** Dec. — Fl. germ. p. 712.

4530. **Helianthemum ericoides** Dun. — Fl. germ. p. 712.
Cum genitalibus et capsula aperta.

4531. **Helianthemum Fumana** Mill. — Fl. germ. p. 712.
Rarius ramuli bi-triflori ut ille fructifer. Folium additur auctum.

4532. **Helianthemum italicum** Pers. — Fl. germ. p. 712.
Folia strigosa, viridia, patentia; habitus ac sequentium gracilior, pedunculi fructiferi divergenti-adscendentes, sigmoidei!

4533. **Helianthemum vineale** Pers. — Fl. germ. p. 712.
H. pulchellum Sweet t. 74 etiam huc pertinet. Haec species etiam foliis utrinque incanis occurrit et in sequentem, quam in Flora germanica stellula tantum distinctam, subspeciem diximus, transit.

4534. **Helianthemum canum** Dunal. — Fl. germ. 713.
Praecedentis subspecies dictum in Fl. germ. et asterisco notatum, durius, folia magis oblongata et lanceolata. Occurrunt omnino etiam viridula supra, sed inferiora inprimis semper magis oblongata quam praecedentis, cujus certe forma meridionalis dicendum est. Pilositas in foliis junioribus albissima, fasciculata, supra tomentum densum substellatum strigosa.

4535. **Helianthemum marifolium** Dec. — Fl. germ. p. 713.
Speciem criticam et in alia saepe quaesitam, jam in Plantis criticis IV. ic. 578. explicavi, ex icone *Barrelierii* jam erat confirmanda.

4536. **Helianthemum alpestre** Rchb. pl. crit. ic. 2. — Fl. germ. p. 713.
E recentiorum placidis cum *Cisto oelandico* Linneaei confusum, qui speciem omnino diversam sistit, nullatenus transientem in nostram. Iconem plantae ex oelandia exhibui Plant. crit. ic. 1. et altera vera existit in Svensk Bot. t. 499. Ipsius Linnaei verba nunc addo: „Differt a praecedente (C. anglico) foliis minoribus angustioribus, scapis minoribus *erectioribus, glabrioribus,* lignosioribus, rubicundioribus; floribus ad apices ramulorum pluribus, minoribus, absque macula in medio; petalis minoribus, lateribus se mutuo non tangentibus, emarginatis; figura floris Potentillae vernae. *Non est* varietas praecedentis, sed distincta satis ex facie, calycibus non reflexis, corollis saepius clausis, germine glabro, stylo incurvo, stigmate hispido, saepius 4. fido, foliorum margine minime reflexo.“ Huius tamen forma incana *H. oelandicum β.* Fries, *H. anglicum,* nempe *Cistus anglicus* Lin. codex 3905. *C. marifolius* Sm. Engl. Bot. 396. qui autem non confundendus cum nostris germanicis plantis.

4537. **Helianthemum ledifolium** W. — Fl. germ. p. 713.
Petala magna, grex igitur cui pertinet, male *Brachypetalum* DeC. dictus. — Additur tomentum e folio stellatum.

4538. **Helianthemum salicifolium** Pers. — Fl. germ. p. 713.
Specimen alterum e maioribus et alterum e minoribus, ad latus repraesentantur folii tomentum et indumentum caulis. Utrumque specimen sistit plantam genuinam ochrospermam, quae sola *Cist. salicifolius* Linn. et *Hel. salicifolium* Pers. In Helvetia et in Dalmatia crescit. Hujus proximum *H. punctatum* W., *intermedium* et *denticulatum* Thieb. petalis minoribus macnlatis, seminibus brunneis differt, sed pedunculus fructifer etiam adscendit et fructus omnino *erectus*, ita ut huc minime pertineat *H. retrofractum* et *sanguineum*, quod „pedunculis fructiferis reflexis“ distinctum est.

4539. **Helianthemum retrofractum** Pers. — Fl. germ. p. 713.
Corolla speciminibus deest. Bene planta describitur in Host. Fl. Austr. II. p. 56. ut veram nostram habuisse videatur. Planta cl. Sadleri praecedens est.

4540. **Helianthemum laevipes** W. — Fl. germ. p. 713.

4541. **Helianthemum laeve** Pers. — Fl. germ. p. 713.

4542. **Helianthemum viride** Ten. — Fl. germ. p. 714.

4543. **Helianthemum thymifolium** Pers. — Fl. germ. p. 714.
Etiam in Dalmatia in insula Lesina legit Friedericus Augustus S. Sax. Rex.

4544. **Helianthemum glutinosum** Pers. — Fl. germ. 714.
Adde: Cistus glutinosus Cav. ic. 145.

4545. **Helianthemum piliferum** Gmel. in Fl. germ. p. 714 sub cruce exhibitum mihi dubium esse, specimen forte hybridum et *H. Andersonii* Sweet t. 89 accedens. Hoc e *H. pulverulenti* et *crocei* connubio exortum, illud forte proles *H. pulverulenti* et *vulgaris.*

4547. **Helianthemum vulgare** Gaert. — Fl. germ. p. 714.
α. discolor. β. concolor.

4548. **Helianthemum obscurum** Pers. — Fl. germ. p. 714.

4549. **Helianthemum grandiflorum** All. — Fl. germ. p. 714.

4550. **Helianthemum serpyllifolium** Mill. — Fl. germ. p. 714.

4551. **Helianthemum hirtum** Pers. — Fl. germ. p. 715.
Cum folii parte aucta.

4552. **Helianthemum croceum** Pers. — Fl. germ. p. 715.

4553. **Helianthemum pilosum** Pers. — Fl. germ. p. 715.

4554. **Helianthemum apenninum** Pers. — Fl. germ. p. 715.

4555. **Helianthemum pulverulentum** Dec. — Fl. germ. p. 715.

4556. **Helianthemum mutabile** Pers. — Fl. germ. p. 715.

4556. b. **Helianthemum confusum** Sweet. —
Hoc est *H. polifolium* Hortul. sed vix a *H. mutabili* specie diversum

4556. c. **Helianthemum polifolium** Pers. — Fl. germ. p. 715.
Comparandam exhibuimus plantam *veram*; quae minime Kochiana est. Conf. Codex Linnaeanus no. 2926. De *H. polifolio* Hortulanorum, sub no. 4556 indicato, sermo esse videtur in Bot. Zeit. 1838 p. 687.

4557. **Helianthemum roseum** Dec. — Fl. germ. p. 715.
Cum indumento addito. — Caute distinguendum est a *H. rhodantho* Dun. cujus pulchrae speciei figuram bonam exhibuit Sweet t. 7. Hujus stipulae elongatae, subulatae, flores magni, Kermesini, stylus flexuosus. Nostra propter calyces et folia inprimis accedit *H. vulgari discolori*.

4558. **Helianthemum semiglabrum** Badarro. — Fl. germ. p. 715.

4559. **Cistus salvifolius** L. — Fl. germ. p. 716.
Scabrities stellata. In hac specie (nec in *C. cretico*) etiam *Cytini Hypocystidis* pulcherrime vigentia specimina legit Friedericus Augustus S. Saxoniae Rex.

4560. **Cistus corbariensis** Pourr. — Fl. germ. p. 716.
Scabritries fasciculata, folia eroso-crispula. *C. salvifolii* fortasse varietas, aut cum cl. Pourretio: *hybridus*.

4561. **Cistus monspeliensis** L. — Fl. germ. p. 716.

4562. **Cistus Ledon** Lam. — Fl. germ. p. 716.
Hujus figuram serius dabo.

4563. **Cistus laurifolius** L. — Fl. germ. p. 716.

4564. **Cistus crispus** L. — Fl. germ. p. 716.
Hunc et omnes sequentes commodius comprehenderes sub *Cisto vulgari* Spach.
Additur analysis: pistillum, stigma supra visum, capsula dissecta, infra transsecta, maturior dehiscens eiusque transsegmentum, semen, idem dissectum et embryo separatus.

4564. b. **Cistus undulatus** Dunal: foliis breve petiolatis margine undulatis rugosis scabris utrinque pilosis subcanescentibus, inferioribus elliptico oblongis acutis basi attenuatis trinerviis, superioribus angustioribus basi connatis, pedunculis subsolitariis, sepalis longe acuminatis villosis, capsula ovato-rotundata adpresse sericeo-pilosa. DeC. prodr. I. p. 264, n. 8. Sweet hort. brit. ed. 2. p. 41. *Cistin.* n. 63. — *Um Sebenico in Dalmatien:* Welwitsch.

4565. **Cistus albidus** L. — Fl. germ. p. 716.
Cum ramo fructifero.

4566. **Cistus incanus** L. — Fl. germ. p. 716.
Cum tomento stellato.

4567. **Cistus villosus** Lam. — Fl. germ. p. 716.
Etiam in m. Osero legit Friedericus Augustus S. Sax. Rex, circa Ragusam lectum dedit cl. Welwitsch, ex Istria b. Mertens. Discus corollae flavus rotundatus. Planta quasi diminuta est: *C. parviflorus* Lam. cuius figuram dedi in Horto bot. t. 22.

4568. **Cistus creticus** L. — Caret villositate praecedentis incana et totus viridis est, discus corollae sulphureus stellatus. Addidi pistillum cum stigmate, germen transsectum, capsulam ante dehiscentiam dissectam et maturam dehiscentem. Icon Jacquiniana Ic. rar. t. 95. a me citata, plantam gracilem sistit illam, quae nunc *C. undulati* nomine a cl. Dunal insignita est. Verum *C. creticum* in Flora graeca t. 495 repraesentatum. in Dalmatia in insula Curzola legit Friedericus Augustus S. Saxoniae Rex.

Familia CXI.

Ranunculaceae. *Ranunkelgewächse.*

Conspectus p. 191. — Fl. germ. p. 717. — *Pflanzenreich nebst Wandtafel* S. 53. — *Handbuch des natürl. Pflanzensystems* Fam. 121. S. 275.

4569. **Myosurus minimus Linn.** codex 2263. — Fl. germ. p. 718. —
Ex affinitate Adonidis, huic generi appropinquandus, ut factum est in conspectu regni vegetabilis p. 191.

4570. **Ceratocephalus falcatus Mnch.** — Fl. germ. p. 718. excluso citato Sturmii.

4570. b. **Ceratocephalus orthoceras Dec.** — Fl. germ. in adn. sub no. 4570.
In Bohemia „in agris et viis circa Pragam" Dr. Ruprecht (huc icon. et descriptio apud Sturm; et in Austria Vindobonae prope Herrnals: Lib. Baro a Leithner. cf. Fl. germ. exsiccata no. 1284 quae specimina huc pertinent, nec ad praecedentem speciem.

4571. **Ficaria calthaefolia Rchb.** — Fl. germ. p. 718.
Nunc ab omnibus fere in Dalmatia peregrinatoribus lecta et extra dubium posita species. Colitur affinis flore pleno, foliis hastato-triangularibus instar Cyclaminis maculato-pictis in hortis.

4572. **Ficaria ranunculoides Mnch.** — Fl. germ. p. 718.
Cum petalo, pistillis auctis, fructu et carpidio separato, eodemque aucto et transsecto.

4573. **Ranunculus hederaceus L.** codex 4099. — Fl. germ. p. 718.
Specimina cl. Baekeler edidit in Fl. germ. exsicc. no. 1490. —
Addidi florem auctum et carpidium auctum idemque transsectum.

4574. **Ranunculus tripartitus Dec.** — Fl. germ. p. 719.
Conferas Fl. dan. 1993. — Flos et carpidium auctum.

4575. **Ranunculus circinnatus Sibth.** — Fl. germ. p. 719.
Nomen *R. divaricati* Schrk. antiquius est et carpidia dorso saepius, non semper, hispidula sunt. — Alabastrum, flos demta corolla, pistillum et carpidium.

4576. tab. III. **Ranunculus aquatilis L.** codex 4100. excl. *β.* (R. circinnato) et *δ.* (R. fluitante.) —
α. pantothrix Brotero.
β. heterophyllus Hoffm.
var. foliis *subtruncatis* et foliis *subpeltatis.*
γ. terrestris, laciniis latioribus, linearibus obtusis.
var. *homophylla* et *heterophylla*, haec post aquae decursum.

4577. tab. II. **Ranunculus fluitans Lam.** — Fl. germ. p. 719. In Fl. germ. exsicc. no. 886. editus a cl. Dr. Ruprecht.
Pistilla et unicum separatum, genitalia utraque congesta aucta.

4578. **Ranunculus pyrenaeus L.** codex 4065. — Fl. germ. p. 719.
Forma *genuina* et procerior:
β. plantagineus All.
Additur calyx auctus a dorso, unguis petali nectarifer, fructus et carpidium separatum.

4579. **Ranunculus parnassifolius L.** codex 4066. — Fl. germ. p. 719.

Specimen humilius parviflorum ex alpe Kirschbaum in Tyroli et procerius grandiflorum ex alpibus Valesiacis. — Cum calyce, ungue nectarifero, carpidio.

4580. **Ranunculus crenatus W. K.** — Fl. germ. p. 719.

Ad latus pinxi nectarium et carpidium. Illud omnino distinguitur in vivo.

4581. **Ranunculus alpestris L.** codex 4083. — Fl. germ. p. 720.

Ad sinistram unguis nectarifer.

4582. **Ranunculus Traunfellneri Hoppe.** — Fl. germ. p. 720.

Addidi florem a dorso, pedunculum qui utplurimum tantum trisulcus est et carpidium rectirostre. E seminibus educatum iam vivum descripsi in Flora germ. l. c. Specimina sicca in Fl. germ. exsicc. no. 1285. edidit cl. Freyer.

4583. **Ranunculus Seguieri Vill.** — Fl. germ. p. 720.

Hunc *Ranunculum Columnae* All. minime esse citatam plantam e Columnae ecphrasi cap. 140. (qui *R. monspeliacus*) et ipsum Allione iam allegare denominationem *Villarsii* constat. — Locis adde: „*überall auf eisenhaltiger Kalkerde, auf dem Schleren bei der rothen Erde, in Fiemme auf der Alpe Viezena nördlich, auf der Alpe von St. Pellegrino an der Grenze der Monzonialpe, in Fassa auf der Duronalpe* (Tierseralpe des Elsmann): Dr. Facchini, qui e locis benevole specimina misit.

4584. **Ranunculus glacialis L.** codex 4081. — Fl. germ. p. 720.

α. gelidus Hffgg.

β. genuinus.

γ. crithmifolius.

4585. **Ranunculus aconitifolius L.** codex 4076. — Fl. germ. p. 720.

